Quelle: http://manuscripta.at/?ID=8999
Copyright: Melk, Benediktinerstift



cognoscatis eum. potitis eum uidere. Possidonius tribunus dixit. Quod si cognoscamus
eum. numquid possumus derelinquere regem nrm. et uenire ad eum. Theoge
nes dixit. Si uultis nil est. quod impediat uos. Preterea si derelinquatis tenebras
istas. et ad tempus quas habetis dignitates et honorem urm. et ueniatis ad de
um uiuum. et regem eternum. et militetis ei. quem admodum. et ego. uiuetis
in uita eterna. Hylicentius tribunus irascens quasi in heremo. et stridens den
tibus in eum. iussit legioni omni ut de nocte precederent ad campum. et iussit
quatuor figi palos. et extendi ibi beatissimum theogenem. Cumque ad quatuor
palos. extensus esset. iussit eum cedi fustibus robustissimis siluestribus quo
usque lassarentur centuriones. viii. Tunc tribunus dixit ad eum. Militas aut non.
Theogenes dixit. Ego milito regi regum. ihu xpo filio dei. qui uenturus est iudica
re uiuos et mortuos. Tunc nullus est super terram rex neque princeps qui potit
effugere eum. et diem iudicii eius. Eadem dicente eo. iterum iussit tribunus
cedi eum. secundo. Uapulans beatissimus theogenes ymnum dicebat deo. et exulta
bat spe eius. in gaudio et leticia magna. Cum autem mutaret decem et octo cen
turiones. et fustes omnes confracti fuissent sicut palea. Ille maiorem spm ha
bens. et uirtutem. gratias deo agens. ymnidicans dixit. Benedictus es pater
omnium nri ihu xpi. qui me dignum habuisti in hunc diem uenire. et in hanc le
ticiam perduxisti me seruum tuum. Et benedictus est ihc xpc filius tuus. rex ce
li et terre. maris et infernorum. et omnium uisibilium et inuisibilium dne ds. quem dignum
me habuisti pro tuo nomine pati. et collegam scorum mrm fieri. Hec eo dicente. estimauerunt
tribuni et propositum quod ipsos rogaret ut eum dimitterent. et dixerunt ad eum. Vis ergo militare.
Ille autem in spu scto ad letha xpi. theogenes exclamauit maiori uoce dicens. Prius dixi
uobis. et nunc uobis dico. quia xpianus sum et milito regi regum et non possum desertor esse
dno et regi meo. Uos autem cogentes me. his penis. eternas uobis paratis penas. Nam has
quas michi putatis esse penas. nichil sunt. Dicit ei hilicentius tribunus. Adhuc nichil sen
sisti de penis. maiora sunt que sequuntur. Theogenes dixit. Ego non patior hec non potestis mi
aliquid facere. Solum in corpore meo potestatem habes. quem admodum uis crucia illud. non enim
potis me separare a rege meo. maiora ligna affer. et fortiores adhybe operarios ad me.
Istos autem quos habes infirmi sunt. et nichil mi possunt facere. Cum hec dixisset. iussit eum
duci in ciuitatem. Erat enim quasi nona hora. et tetendit eum publice in ciuitate. et erat
extensus. Transiens autem illic obtio legionis. et uidens eum dixit. Ubi est ds tuus. et rex cui
militas. quare non liberat te de penis istis. Respondit autem beatissimus theogenes dixit.